



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Cæsarius Mart. 1. Nov.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

684 VITÆ SANCTORUM. I. No. 1.
auge Beatorum. Nam ex omnibus Divis
nisi tu etiam aliquando unus es, heu! nul-
lus es. Ex Baron. & Mart. Rom.

*Veneremur Sanctos, quibus traditum
est triumphale regnum, judiciaria sedes,
Angelorum consortium, corporum immor-
talitas, beata visio, Christi conformitas,
stellarum claritas, sicura mansio grata so-
cietas, jucunda fruitio, & divini lumi-
nis sempiterna comprehensio. S. Laurent.
Justin. serm. de Omn. SS.*

S. CÆSARIUS MART. I. No. 1.

PRæferēbat jam penē ipsi Romæ sefe
urbs Anxur, quod quem semel illa
omni ævo Curtium ostentarat, ipsa quo-
tannis exhiberet Italiæ. Nimirum vidif-
ses Kalendis Ianuariis lectissimum quem-
que è juventute equo & armis conspi-
cium pro salute Reipubl. è sublimi mon-
te in undas ire præcipitem, eoque facto
nomen apud cives patris patriæ promere-
ri. Et verò sceleris hujus irritamenta sce-
lera erant alia, quæ sex aut octo totos
menses inter omnem luxum & petulan-
tiam impunè piaculares ejuscemodi ho-
stia perpetrabant. Enimverò cum ei spe-
ctaculo interesset CÆSARIUS ex A-
fricâ redux, palàm facti atrocitatem ver-
bis castigavit. *Insaniam esse, urbem, ne
olim pereat, in flore suo facere perire, & ut
serventur cives malè, optimum quemque ex
his*

2. Nov. VITÆ SANCTORUM. 685
his occidere. quid hoc aliud esse, nisi orco
victimas sceleribus saginare, & sceleribus
velle Superos demereri? At non ita sentire
dux superstitionis Firminus, cujus im-
pulsu Leontius vir, consularis triduanâ
fame vexatum *Cæsarium* ante currum ad
Apollinis templum egit, nudum illum,
sed paratissimum sic ad luctam. Et vi-
ctum se fassus est Apollo precibus Divi,
cum templo & sacrificulo Firmino in ter-
ram dejectus sepultusque. Sed & Leon-
tius post annum carcerem & inedia
athleta Christi succubuit, priorque *Cæ-
sario* pro fide mortuus est, qui demum
culeo insurus cum Sacerdote Juliano in
mare demersus est (ut ipse pie jaçtabat)
& natus cælo & denatus. Certè haud
paulò rectius pro patriâ mori Juventam
docuit. Ex Lippeloo.

*Quid tibi cum carne & sanguine, qui di-
vinam in te gestas imaginem? quid tibi cum
mundo & vitis. qui ad hoc conditus es, ut
calum conscendas, atque cum Angelicis
spiritibus beatâ Dei visione fruaris?*
S. Laur. Justin. de Cont. mundi. c. 21.

COMMEMORATIO FIDELIUM
DEFUNCTORUM. 2. Novembris

Pictas lacrymas, Mariane, oculis tuis
objicimus, ut his oratoribus tibi ex-
primamus veras, & quibus opem non
fictæ calamitati feras, nec jam pictos
extin-